



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 83. Legatorum declaratio de hac caussa absque Pontificis diplomate non dijudicanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

„quædam scripta hanc in rem configna-
 „vit : Verum tamen cuncta hæc fatis
 „non sunt absque speciali mandato sub-
 „scripto a summo Pontifice, qui nobis di-
 „xerat, se plenius, quid ipse vellet, signi-
 „ficaturum.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1563.

Oratores ad insperatum hoc respon-
 sum valde commoti hæc reponebant :
 „Acceptit Venetæ Reipublicæ Senatus
 „minime dubia hujus causæ ad Syno-
 „dum devolutæ argumenta, inter quæ
 „præcipue sunt Pontificis verba Romæ
 „ad Venetum Oratorem facta, necnon
 „ejusdem promissio duobus Legatis
 „præstita. „ Postea Oratores expone-
 bant, quod hac fiducia fretus Reipubli-
 cæ Senatus Patriarcham Tridentum ab-
 legarit, adeoque non leve dedecus in i-
 psam Rempublicam redundaret, si va-
 næ promissionis spe se lactatam, nudisque
 verbis deceptam cerneret.

§. LXXXIII.

*Legatorum declaratio de hac causâ
 absque Pontificis diplomate non
 dijudicanda.*

Verum ad hæc reponebant Legati : „In *Pallav. n. 12.*
 „hujus causæ judicio, si facta est cun- *Et 13.*
 „ctatio, ea ipsi Patriarchæ vitio vertenda
 „est, qui, si Roma non secessisset, feli-
 „cem suæ causæ exitum jam sortitus
 „esset. Ceterum in comperto nobis est
 „Pon-

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

„Pontificis animus, justitiæ studiosissi-
mus, amantissimus Reipublicæ & bene
affectus erga Grimanum: si ta-
men Pontifex Oratori tum Romæ agen-
ti dixerat id, quod vos refertis, tunc
id, quod in ejusmodi occasionibus usu-
venit, observare tenetur Pontifex, sci-
licet ut causam in Synodo, cuicumque
volet, per diploma committat: sub qua
conditione nos omnem judicii celerita-
tem pollicemur.

§. LXXXIV.

*Papa hanc Legatorum repulsam
indignatus.*

*Pallav. c. 7.
n. 14. ep. Pap.
ad Legat.
I. Jul.
Viscont. to. 2.
Lett. 53.
p. 159.*

Accepto hoc responso Oratores datis
litteris totam rei gestæ seriem ad Se-
natum perscribere decernebant: pariter
quoque Synodi Præsides ea de re Car-
dinalem Borromæum certiores redde-
bant, significantes, periculosum esse, si
inter tumultus hac super re præcipue
circa proponendi facultatem suscitatos, ac
nondum sopitos Veneti novam contro-
versiam movere permetterentur de jure,
quo sibi concedi postulavit, ut hoc nego-
tium per se ipsos Synodo proponere va-
lerent, proin in præsentis rerum vicissitu-
dine consultius dicebant, ut Sanctitas sua
hanc causam ipsamet proponeret, aut
quid agendum decerneret: verum hoc ob-
sequium summo Pontifici minus gratum
acci-